

ritè parati, scrupulus vnus, cùm plus efficiat, quàm binæ drachmæ integri vel infusi, an' non eodem precio, vel etiam minore venum detur? Integri dosis decem assibus constiterit. Quod si idem precium, sed & minus, extracto statuetur, quæ maior caritas illud diffamauerit. Etenim permutationum, quiq; inde sunt nati, venditionum & emptionum contractus, non minus humanæ cõuersioni, teste Philosopho, suffragante quotidiana experientia, necessarij sunt, quàm iusti: si modò sint æqui. Et æqui fuerint, si qui rem vendet, non pluris indicet: qui emet, non minoris liceatur, quàm æquitatis iustissima moderatio præscripserit. Aequitatis autem ij sunt cancelli, vt rem æstimet venditor, ex cõmuni politicæ vitæ consensu: siq; illius aptiùs concinnandæ & temporis & laboris aliquam iacturam fecerit, inde quoq; quod equum est *ἀντίλογον* exspectet & flagitet. Ex aduerso, vt emptor nõ minus, quàm res vendenda, communi populi assensu constabit, vel labor tempusq; impensum flagitabunt, obijciat. Nõ enim minus iniustus emptor, quàm vendi-

vendi-